

stadt

16





1757.

2

1614, 7

24

DISPV TATIO
DE
EMPTIONE ET
VENDITIONE,

Quam
MODERATRICE SANCTA TRIADE,
Permissu Amplissimæ facultatis Iuridicæ
in illustri illustrissimi Iulij Iulia,

PRAESIDE
THEODORO Weingf/
VVestph.

Excutiendam proponit
IOHANNES Lappen/ Stoltzenovv.

Die 29. May.



HELMAESTADI,
Ex officina typographica IACOBI LVCII,
ANNO M.DC.XIV.

23

Clariss. ac Consultiss.
Viro Dn. Dn. Heren
co Andree cranid
j. u. D. nec non Ac
demie iulie quæ
est Helmaestadi,
Professori iur
ordinario, Fac
tori ac precept
ri suo honoran
do offert R.





*Magnificis, amplissimis, nec non præstantiss. multarumq;
virtutum fulgore admodum corruscantibus viris,*

Dnis.

DN. WERNERO Rönig/I. V. D.
nec non Sereniss. & potentiss. Principis ac Dn.
Dni. FRID-HVLDERICI Ducis Brunouic. ac Lunæb.
Cancellario dignissimo,

DN. ERICO CLACIO I. V. D.
eidemq; Duci à consilijs secretioribus.

DN. GEORGIO Lappen/Hæreditario
in Hårter/

Vt &

DN. HENRICO Lappen/Hæreditario
in Nelem/

*Dnis. Mecanatibus, agnatis, fautoribus
& studiorum suorum strenuis pro-
motoribus,*

Hisce studiorum suorum primitijs
oblatis & dedicatis, summa, prout po-
test, obseruant & subiectione
se commendat

IOHANNES Lappen/ Stoltzenovv.

DISPUTATIO
DE EMPTIONE ET VENDI-
TIONE.

Distinctis Iure Gentium dominijs, ob necessariam rerum & officiorum communicationem, quibus, teste CICERONE, *lib. 1. offic.* nullus populus, nulla Regio aut Respublica etiam rerum quarumcunq; copia abundans, carere potest, optimè contractus adinuenti sunt, quibus, si non naturâ mutuâ saltem indigentia impellente, commercia conseruarentur. Inter hosce autem cum & ratione antiquitatis, & vsus frequentis Emptio Venditio facilè primas teneat, operæ precium est, naturam eius præcipuam per sequentia theoremata inuestigare.

THEOREMA I.

Emptionem & venditionem strictè sumptam, defini-
mus contractum ex consensu, de re, certo precio ha-
benda. *VVLTEI. lib. 1. iurispr. Rom. c. 35. n. 4.*

2. Estq; generalis vel specialis: Generalis est, quæ
omnem ferè alienationem sub se comprehendit, cu-
ius exempla *Genes. c. 17. v. 23. c. 23. v. 15. Ierem. 32. v. 10. Gen. 25.* legun-
tur. Itemq; ex lege XII. tab. *l. 29. de statu lib. l. 19. de act. empt. ibiq;*
GOETHOFER. l. 8. §. 11. gl. ibid. quibus mod. pign. solu. MOZZ. tr. hic in pr.
n. 26. 30. & seqq. vbi fallent. subiungit Dn. VVLTEI. in pr. Inst. hic. n. 1.
§. 6. PINEL. in l. 2. C. de rescind. vend. p. 2. c. 1. n. 10. & seq.

3. Specialis, quæ distinctam à reliquis contractibus differenti-
am habet, *l. 47. §. de leg. 3. & duabus partibus distinguitur, l. 1. §. 1. l. 8.*
11. 28. ff. de contr. empt. l. fin. C. de decur. lib. 10. c. 1. de his que sunt à Pra-
lat. c. fin. de accus. c. 1. de excess. prelat. in 6. siquidem alia emptori, alia
venditori competit actio, t. t. ff. & C. de act. empt. §. 1. Inst. hic, quam-
uis vtriusq; nomina sæpius confundantur alterumq; pro altero vel
utroq; ponatur propter mutuam relationem. l. 13. §. 25. l. 19. de act.

A 2 empt.

empt. l. 26. l. 66. §. 2. de evict. Dn. VULT. d. loc. n. 3. & 1. iurispr. c. 35. Vnde sublato vno tollitur alterum, & in vno statutum statuitur in altero, MOZZ. d. col. 1.

4. Origo emptionis à permutatione cœpit, *l. 1. ff. h. t. eidemq; vicina adhuc in multis mansit, l. fin. de rer. perm. SCHNEID. in §. item. pret. n. 3. & seq. VULT. 1. iurispr. c. 41. HARPR. in §. 28. de action. n. 71. vbi docet permutationis nomen potius ex vsu hominum quàm ex iure dependere.*

5. Ad perficiendum hunc contractum consensu potissimum opus, qui in personis consistit, circa res & pretium vtriusq; partis deliberatione constitutum. Alij enim contractus re, verbis, & literis ineuntur, sed emptio sine verborum solennitate, traditione & scriptura, *l. 1. ff. h. t. l. 9. eod. l. 48. de O. & A. l. 2. C. h. t. Traditio autem ad executionem contractus spectat, actio itaq; ante eam quidem nascitur sed exceptione eliditur quoad effectum. l. 13. §. 8. l. 25. de act. empt. Contractus siquidem modus est acquirendæ obligationis non dominij, VULT. hic. n. 7. & 8. arg. §. 35. de rer. diuis. l. 48. de acquir. rer. domin.*

1. Consensus.

6. Consensum ad eò requirimus, vt si contrahentes vel in corpore vel in pretio dissentiant, contractus sit nullus, *l. 9. §. 2. l. 10. & seq. ff. h. t. Nisi merx quid habeat materiæ, in quam consensum sit, vt si æs mixtum auro, vel inauratum pro puro auro venditum sit: secus si planè diuersa sit, veluti si mensa auro cooperta pro solido veneat, l. 14. l. 41. §. fin. h. t. VVESENBECK. in par. ff. hic. n. 5. & 6. l. 21. §. 1. de act. empt. quam rectius negatiuè legendam censet VULT. hic n. 17. & GOTHOFR. in d. l. eò quod consistente ~~actio~~^{actio}, non dubitetur quin actio detur, sed tunc potissimum si nulla sit, an ad interesse teneatur, arg. l. 62. §. 1. h. t. n. l. 22. de act. empt. Hinc euiden-
tioris doctrinæ ergo Dd. talem regulam exstruunt, vt (1.) si in materia erretur quæ sit toto genere diuersa, emptio sit nulla, si genere eadem, sed si species vna sit altera melior; emptio valeat VULT. h. t. n. 19. Latius hac de re Dn. GOD. tr. de Contrah. stip. c. 3. concl. 4. n. 23. & seqq. HOEN. disp. 16. th. 2. BRONCH. 2. ass. 35. Si (2.) in qualitate erratum fuerit, non vitiatur contractus, sed ob dissensum venditor ad interesse tenetur d. l. 9. §. 1. ff. h. t. n. l. 21. §. 2. de act. empt. Si (3.) in accessionibus, emptori ea res de qua sensit, tradenda est, l. 34. h. t. n.*

7. Interim

7. Interim non putamus malè nos statuere, si aliquando contra emptorem ambiguae locutionis interpretationem faciamus, quamuis potissimum contra venditorè fiat, *l. 34. ff. h. t. n. TREVTL. vol. 1. disp. 28. th. 7. l. 172. de R. Iur. l. 39. de pact. l. 21. h. t. dissentire vid. PAC. 2. enant. q. 7. HOEN. d. l. th. 3. CVIAC. lib. 1. obs. 10. & lib. 9. c. 39. qui pro venditore, legit, emptor.*
8. Consensus ille purus est vel conditionalis: purus est, si vendatur domus pro 100. fl. ex quo statim agi potest, *§. 4. Inst. hic. §. 2. de V. Obl. l. 44. de O. & A. l. 50. ff. h. t.*
9. Conditionalis, si Titius Consul factus fuerit, ex quo existente demum conditione agitur, quæ retrahitur ad tempus initi contractus. *l. 8. ff. mand.*
10. Personæ vtrinque contrahere possunt quæ non prohibentur: 2. Personæ prohibentur autem aliæ ob naturam, aliæ ob legem.
11. Naturâ, vt infantes actu iudicium non habentes, furiosi, *l. 2. C. h. t. n. §. 4. de curat.*
12. Lege, vt (1) filij familias: quamuis enim consensus iuris fit, attamen effectus ex iure petendus, nisi in castrensi peculio, vel aduentitio, quando ad patrem vsusfructus non transit, *l. fin. C. de bon. qua liber. §. 1. per quas personas nob. acq. l. 16. de furt. cum alijs rectè quidem contrahit, sed ex contractu patri acquirit. (2) Serui, nisi libera eis concessa peculij administratione, l. 41. de pecul. (3) Minores, qui quidem personam suam obligant, sed non alienant ob metum restitutionis per ea quæ tradit HOEN. disp. 3. th. 11. quia obligatio ius personæ est, l. 3. de O. & A. Sed personæ principaliter curator non datur, text. in l. 101. de V. Obl. (4) PRODIGI l. 1. de curat. fur. l. 6. de V. O. ratione sui ipsius & rerum l. 26. ff. h. t. VULT. hic. num. 65. MOZZ. col. 3. n. 10. (5) Ecclesiæ Prælati c. 1. & 2. ext. de reb. eccl. non alien. l. 14. C. de SS. Eccl. & auth. seq. nisi impetrata venia. d. c. fin. GEIL. 2. obs. 161. (6) Tutores bona pupillorum emere volentes l. 34. §. vlt. ff. h. t. nisi palam fiat C. eod. l. 5. §. 2. de auct. tut. SICH. in rubr. C. h. t. num. 11. l. 4. 6. 16. C. de præd. min. FACH. 3. contr. c. 2. (7) Procuratores d. l. 34. §. vlt. nisi mandatum cum libera habeant administratione l. 16. C. de procur. l. 63. eod. vel res sint tales quæ seruando seruari nequeunt, vel Dominus ipse verisimiliter eas distracturus sit, arg. l. 35. de min. Mandatum verò habentes ad vendendum, vel locandum,*

dum, habent etiam ad precium recipiendum, FACH. 2. contr. c. 93. HOEN. disp. 17. th. 13. per l. 30. de solut. (8) Syndici à maiori populi parte non approbati, arg. l. 1. 2. 3. C. de transf. Non autem prohibentur (1) vir & vxor, si bona fide iusto precio fiat. l. 31. §. 4. de donat. inter vir. & vx. l. 5. §. 5. eod. (2) non hæres post deliberationis tempus. l. fin. C. de hered. vel act. vend. l. 21. ff. eod. l. 26. ff. h. t. nisi litigiosa sit l. 5. de pet. hered. (3) Non iudex rem absentis. l. 13. C. de euict. Dd. in l. 13. §. 4. de re iudic. (4) Non bannitus ante prohibitionem, l. 26. h. t. & similes à MOZZ. d. col. 3. alleg.

13. Cum igitur consensus liber esse debeat, non ineptè quæritur, vtrum aliquis ad rem suam vendendam cogi possit? Regulariter nego per l. 16. C. de iur. delib. l. 70. de R. V. l. 9. rer. amot. l. 11. de R. I. l. 11. 13. 14. C. h. t. SICH. in d. l. 16. (1) nisi testamento sit iustus cum causa, l. 66. de leg. 1. arg. l. 69. §. fin. de leg. 2. (2) ratione communionis, l. 13. §. 17. de act. empt. (3) publicæ inedia, l. 1. §. 11. de offic. presid. (4) sæuitiæ causa §. 2. de his qui sui vel al. iur. adde GEIL. 2. obs. 56. HARPR. de rer. diuis. in pr. latè n. 98. & in tr. de empt. in pr. n. 109. & in §. 11. n. 22. de publ. ind. SCHN. in §. fin. n. 6. hic. MYN S. 5. obs. 27. BRONCH. cent. 2. aff. 63. Diss. FAB. de MONT. tr. h. q. 3. pr. n. 40. per l. 2. §. 2. ad l. Rhod. de iact.

14. Similiter non adeo planum est, num emptio tempore morbi inter ægrotum & medicum contracta, valida sit? Neg. vid. quia cum impressione quadam facta censetur, l. 3. de var. & extraord. cogn. l. 9. de profess. & medic. arg. l. 6. §. 2. C. de postul. FACH. 2. controu. 25. TREVTL. vol. 1. disp. 6. th. 7. lit. c. & d. disp. hic th. 3.

15. Porrò in emptione & venditione RES intercedere debet, vel rei loco spes, aut ius quoddam incorporale; illa vel in commercio hominum est & licitè possideri potest, vel extra commercium: illa rursus præsens vel futura: determinata vel indeterminata. Ius verò incorporale, particulare est, vel vniuersale: Res extra commercium positæ sunt, vel absolutè, aut modo quodam siue certo respectu.

16. Harum itaq; vendi possunt quæ non prohibentur. Prohibentur autem (1) res sacræ, l. 1. C. de sepul. viol. l. 2. 3. C. de SS. Eccl. l. 9. de usucap. c. 1. in extraord. 3. c. 4. (2) religiosæ publicæ, nisi vendantur cum solennitatibus, l. fin. C. de vend. reb. ciuit. expressis, (4) liber homo l. 22. l. 51. l. 70. h. t. valet tamen si semetipsum vendat in pœnam temer-

meri-

meritatis & malitiæ, de quo in §. 4. *Inst. de iur. pers.* Ratio prohibitionis est, quia possideri nequeunt à sciente, ab ignorante tamen emi possunt. *l. 4. 6. 70. h. t.* siquidem qualitas ista rem afficiens dignosci nequit, *l. 5. d. t. l. 44. de usucap.* Sed hoc casu emptori, quamuis non subsistat contractus, competit actio ad interesse §. *ult. h. t. l. 62. §. 1. ff. eod.* (5) Ius patronatus cum vniuersitate transit, *l. 24. eod. l. 62. de acquir. rer. dom. c. 13. ibiq; gl. in verb. EMPTOR, de iur. patr. SICH. in Rubric. C. de iudic. n. 9. MOZZ. de natural. empt. n. 41.* Item vendi nequeunt (6) res furtiuae *l. 34. §. 3. h. t. §. 2. de usucap. l. 2. C. de furt.* (7) litigiosa *l. 13. fam. erc. t. t. ff. & C. de litig. l. fin. V. exceptis. C. eod. M Y N S. 1. obs. 55. GEIL. 1. obs. 118. MARANT. p. 4. dist. 2. n. 4. & seq. SICH. ad l. unic. C. de lit. contest. n. 5. & 7. in l. 1. C. de petit. hered. n. 9. & ad Rubric. C. ne lic. potent. patroc.* (8) dotales immobiles & donatae propter nuptias, *l. vn. §. pen. & ult. C. de rei vxor. act. §. 1. quib. alien. lic. t. t. de fund. dot. V V E S. in par. ff. eod.* (9) feudales absq; consensu domini, *c. vn. lib. 2. F. 55. §. callidis.* (10.) Emphyteuticae *l. 3. ibiq; SICH. C. de iure emph. H A R P R. in §. adeo n. 423. locati* (11) venenosae *l. 55. §. 2. h. t. M E N O C H. 2. arb. 1. q. cent. 4. cas. 395.* itemq; (12) res restitutioni subiectae, quæ si illegitimè venditæ sint ab heredibus reuocantur, *l. 11. & ibi SICH. C. de fideicom. n. 69. per l. 114. §. 11. de leg. 1. nisi aliquando ob specialem fauorem concedatur l. fin. §. 2. auth. res qua. C. com. de leg. auth. cum rogatus C. ad Treb. c. 25. §. fin. ff. eod. GEIL. 2. obs. 137.* (13) Minorum, *d. t. C. de prad. min.*

17. Sed dubitatione non caret: si minor alibi res habeat, hîc autem domicilium contraxerit, cuiusnam iudicis authoritas interponi debeat, an rei sitæ vel domicilij? *B A L D. in l. 1. C. d. t.* putat vtriusq; authoritatem adhibendam esse maioris cautelæ ergo. *SICH. autem in l. 1. C. h. t.* verius putat vnus sufficere præsertim iudicis domicilij ad euitandas maiores expensas. *S A L I C. in l. 16. C. de prad. min. l. 5. §. 12. ff. de reb. eor. qui sub tut.* Possunt eatenus cum tutoris auctoritate vendi, si interueniat causæ cognitio & æs alienum vrgeat, *l. 12. C. d. t. l. 5. §. 9. ff. eod. GEIL. 2. obs. 72. SICH. in l. 4. C. de fideic. ob periculum, item pro alimentis pupilli ob tributa non soluta.*

18. Nec rectè venditur vsusfructus & ius alimentorum, quia ius personale & inseparabile est, *l. 55. ad l. Falc. l. 66. de iur. dot. §. fin. Inst. de usufr.* Non liberi à parentibus nisi necessitate cogente, vel
ob in-

ob iniustam captiuitatem, *c. vn. vers. item si delat. 2, F. 24.* HOEN. *diff. 24. th. fin.* HARPR. *in §. 10. de publ. indic.*

19. Respectu aliorum vendi nequeunt (1) purpura Regum & Principum Romanorum *l. 1. SICH. ibid. C. qua res vend. non poss.* quod hodie exiguum vsum habere puto, (2) an nona militaris & frumentum publici canonis *l. 3. 4. C. eod.* (3) Eunuchi Romanæ gentis *l. 2. C. de Eunuch.* (4) arma in vsum barbarorum tempore belli *l. 1. & 2. vbi CVIAC. qua res export. non deb. nec* (5) vinum oleum garum ne instructiores reddantur. Idem ad liquida extendendum putamus GOTOFR. *in l. 1. C. de vsur.* SICH. *in d. rubr. C. qua res export. non deb. n. 2.* HARPR. *§. 5. n. 10.* & sic dantur casus vbi propter identitatem rationis pœnalia extenduntur *l. 8. §. vlt. de relig. & sumpt. arg. l. 64. §. 1. de rit. nupt. l. 7. C. de ren. donat.*

20. Vifis alienari prohibitis, facilè apparet, eorum, quorum commercium est, acquisitionem & alienationem licitam esse, tam quæ tradi possunt quam quæ tradi sperantur.

21. Tradi possunt (1) res præsentis & in oculos incurrentes verè, vel fictè, vt mobiles vel immobiles, item (2) res absentes, *l. 1. C. h. t.* (3) futuræ, vt fructus nascituri, foetus pecorum, partus ancillæ, *l. 8. h. t. l. 37. de V. O. l. 15. de pign.* Item (4) Spes, vt iactus missilium aut retis *d. l. 8. ff. h. t.* etsi ex minima vel nulla parte res postea eueniat, quatenus per se res in rerum natura sit: si autem omninò non vel tempore contractus aut postea extiterit, emptio ab initio nulla fuit *d. l. 8. §. 1. l. 8. de per. & comm.* HARPR. *§. vlt. n. 21.* & precium datum repetitur, GOMES. *tom. 2. var. res. c. 2. n. 7.*

22. Quid dicendum de annuis redivis? vide GEIL. *2. obs. 7. per c. 1. & 2. in extrar. h. t.* affirmantem, quia rem & precium habet, nec soluuntur vt lucrum sed vt merx ex propriare & iure, modo non sint vsurarij, TREVTL. *d. diff. 28. th. 5.* BORCH. *de vsur. c. 4. n. 33.* FACH. *2. contr. c. 42.* FORST. *lib. 3. diff. 18. th. 7.* *Constit. Imp. CAR. V. de an. 30. & 48.* AVGVSTAE PROMVLGATA.

23. Rem determinatam hîc accipimus, quæ pondere numero & mensurâ venditur, liquida vel arida, vt fit in serico, vino, frumento, agro, horto. Hinc optima prodit quæstio: si alterutra pars hoc casu cupiat rescindi venditionem V. gratia: venditus est hortus qui continet 10. iugera, pro 100. fl. emptor postea adhibitis mensuris

bus

bus deprehendit 12. iugera : an ego venditor petere possim resolutionem contractus & pro duobus superfluis iugeribus augmentum pretij? Dist. cum SICH. *in d. rubr. C. h. t. n. 12. Mozz. col. 2. n. 8.* Vtrum inceperit à numero, vel à mensura, dicendo: vendo tibi 10. iugera horti mei, & non debentur plura quàm 10. proq; ijs pretium adæquatum, vel, vtrum locutus sit per nomina certam speciem aut corpus designantia; videlicet: vendo hortum qui continet 10. iugera, & tunc enunciatiua non dispositiua verba sunt, cum magis rem ipsam quàm mensuram attendit, & hoc casu pretium non supplebitur, *arg. l. 21. de V. O. l. 38. de act. empt. l. 108. §. 10. de leg. 1.*

24. Rei suæ emptio tunc procedit, si possessio ematur quam alius habet. *l. 34. §. 4. h. t. vel si sub conditione ematur l. 61. eod.*

25. Alienæ, tunc, si bona fide alienetur, aut ab emptoris saltem parte, *l. 28. l. 34. §. 3. h. t. l. 2. §. 2. de act. empt. Mozz. col. 4. n. 10.* nihil vero agitur quoad ipsum dominium *l. 6. C. de reb. al. non alien.* quia non tenetur tertio possidenti pretium refundere, *l. 3. ubi SICH. C. de R. V. sin emptor res mobiles sciuerit alienas, furtum committere dicitur, BART. in l. 42. de usucap. d. l. 34. §. 3. Mozz. d. loc. n. 15. arg. l. 1. C. de usuc. per empt. §. 2. de usucap.* Præterea in repetitione sciens ab ignorante differt: hic re euiçta interesse consequitur à venditore *l. 23. C. de euiçt. ille nisi conuenerit l. 27. C. eod.*

26. Obtinet deniq; emptio iurium incorporalium, vt sunt nomina, actiones, *l. 3. C. de hered. vel act. vend. l. fin. ff. eod.*

27. Vniuersalium: vt hereditatis delatæ, qua vendita transeunt omnes actiones actiuæ, vtiles etiam sine cessione, *l. 5. C. de hered. vel act. vend. idq; obtinet inter viuos, sin vero ex vltima voluntate, indistinctè transeunt, l. 1. V. placuit ad Treb. l. 2. C. de vi. l. 23. de acquir. poss. l. 17. l. 3. C. eod.* actiones vero passiuæ apud venditorem manent propter aditionem semel factam *l. 25. C. de pact.* quia hæ non sunt in nostra potestate, SICH. *in rubr. C. de hered. vel act. vend. n. 6. l. 2. C. eod. n. 5.* non tamen tenetur venditor de euiçtione re singulari euiçta, quia ius vniuersale vendidit non rem singularem, *l. 2. ff. de hered. vel act. vend. & in alia re singulari consistere potest, nisi affirmasset rem esse hereditariam, l. 14. l. 15. ff. eod.*

28. Difficillima hîc tractatur controuersia, vtrum ius accrescendi transeat in emptorem, V. gratia: Caius ex semisse heres institutus,

B

tus,

tus, vendidit suam portionem Titio, alterius heredis portio deficit, quæritur an ea venditori Caio vel emptori Titio accrescat? Negatiua equidem veritate & ratione non caret, affirmatiuam tamen hac vice exercitij gratia cum BR. *ad l. 59. n. 26. de leg. 3.* DVAR. *lib. 2. c. 6. de iur. accresc.* ARVM. *disp. 14. th. 7.* HARP. *in §. ult. h. t. n. 24.* defendere tentabimus. 1. Quia hereditas est ius vniuersale *lib. 62. de R. I.* Ergo omne ius quod penes heredem futurum esset, transit, *l. 2. de her. vel act. vend. §. 1. & 4. d. l. §. 18.* 2. Quia portio portioni vt alluuius accrescit, *l. 33. in fin. de usur. arg. l. 83. de acquir. her.* Nec obstat quod fingat habere precium loco rei atq; ita hereditatis. R. ICTUM *in l. 33.* realitatem non fictionem considerare, quemadmodum nec venditoris lucro alluuius cedit in fundo, ita nec in vendita hereditate: Vnde dicendum eum titulo tenus manere heredem absq; effectu, dum indignum quasi honore delato se reddidit per repudiationem & venditionem, nec curatur hinc testatoris voluntas, *l. 17. §. 1. l. 66. de her. instit.*

29. Quid si pater vendiderit hereditatem filio delatam, an filius teneatur stare venditioni? Consule hinc SICH. *in l. 22. §. 9. n. 18. C. de iur. delib.* vbi in negatiuam inclinat, quatenus cum beneficio inventarij adierit, quod omne damnum auertit.

30. Quid si ignorante domino seruus rem vendat, & dominus alij ignorante seruo vendiderit, an à priori emptore res reuocetur? Aff. MARANT. *p. 4. dist. 4. n. 43.* quia secundus habet causam à domino, nec probatum est ministrum ex apotheca tales merces solitum fuisse vendere, *gl. in l. 16. §. 1. rem rat. hab. Bart. ibid.*

31. Quid si duobus eadem res vendita sit, cuiusnam erit? R. cui primum tradita est. MOZZ. *hic de natural. empt. n. 32. & mult. seq. vbi limitat. & Cautelas tradit text. in l. 15. SICH. ibid. C. de R. V.* qui similiter fallent: notat. GEIL. *2. obs. 55. n. 7. & 9.* Quibus autem casibus talis venditor in crimen falsi incidat, docet HARP. *in §. 7. de publ. ind. n. 3. & seqq.*

3. Pretium. 32. Rem venditioni expositam & deputatam sequitur taxatio pretij pro ea in pecunia numerata soluendi *l. 2. §. 1. h. tit. l. 72. eod. l. 1. eod. §. 1. §. 2. Inst. hic. l. 9. C. eod.*

33. Quo deficiente nulla est emptio, nec tunc si quis donationis causa precium ponat. *l. 36. h. t. secus si post conuentum pretium remitta-*

mittatur, arg. l. 5. locat. l. 34. ff. h. t. OLDEND. clas. 4. act. 1. in argum.
l. 23. C. eod.

34. Hoc non putamus in vno nummo consistere l. 46. locat. l. 10.
§. ult. de acq. poss. vbi nummus precio opponitur nisi rei valor adeo
exiguus sit, aut ex causa necessitatis fiat pro remedio à iure intro-
ducto, quando scil. actus aliter sustineri non potest, l. 66. de iure det.
MOZZ. de subst. n. 22. HOEN. d. loc. th. 13. ARVM. d. loc. th. 1. CONT. lib.
1. disp. c. 6. HILLEG. OSVV. in Don. enucl. 13. c. 1. lit. 1.

35. Ideo autem in pecunia numerata consistit non in corpori-
bus, aut speciebus, vt differat à permutatione, atq; eo dato ex em-
pto actionem habeamus, aliàs pretij nullus ferè vsus esset, arg. §. 2.
de vsufr. l. 2. l. 5. de vsufr. ear. rer. qua vsu conf. qui tamen in re esse po-
test licet non transferatur in accipientem, scil. commodando, lo-
cando &c. ARVM. d. l. th. 4. in fin. eaq; ratione Proculianorum opi-
nio præualuit, qui ipsam formam respexerunt nisi cum VVLTEI.
hic. n. 45. concilies, Sabinianos ius antiquum seu originem permu-
tationis indigitasse.

36. Pretium certum est vel expressione vel relatione l. 6. de R. C.
l. 7. §. 1. l. 37. h. t.

37. Priori casu vt si merx venierit 100. fl. & statim persequendi
eam potestas competat: posteriori si dicat se tanti vendere quanti
ipse emit, vel quantum in arca est, l. 7. §. 1. ff. h. t. d. l. 6. de R. C. l. 5. §. 1.
de Re ind. l. 74. & seq. de V. O. vbi quantitatem non speciem accipi-
mus pro actu sustinendo HARP. in §. 1. n. 7. HOEN. d. l. th. 7. FAB. de
MONTE tr. h. q. pr. 5. n. 34. PINEL. in l. 2. p. 1. rubr. c. 1. n. 1. 2. 3. FACH. 2.
contr. 1. Diss. ACCVRS. in d. l. 7. §. 1. contractum innominatum asse-
rens per l. fin. de cond. caus. dat. causa non sec. Sed alia ibi subiecta ma-
teria fuit, nec vsi sunt contrahentes verbo vllò emptionis.

38. Aliquando fieri potest vt ex parte sit certum ex parte incer-
tum, d. l. 7. §. ult.

39. Quid si conuenerit vt tanti sit empti, quanti Titius aestima-
uerit? Titio definiente emptio erit text. in l. ult. C. de contrah. empt.
secus in vltima voluntate, licet definitum non fuerit, cum sub cu-
iusuis arbitrio debeatur, l. 1. §. 2. de leg. 2. l. ult. §. 1. C. com. de leg. VVL-
TEI. hic n. 47. BRONCH. 2. ass. 50.

40. Pretium in emptoris arbitrium conferri non debet quanti

ille æquum putauerit aut voluerit, cum possit emptor aestimare vel non, *l. 35. §. 1. h. t. l. 13. C. eod. d. l. 7. §. 1. hic VVLTEI. hic n. 48.*

41. Arbitrio electo boni viri electum censemus, *l. 17. h. t. l. 137. §. 2. de V. O. l. 76. & ll. seq. pro soc. l. ult. §. 1. C. com. de leg. l. 75. 76. pro soc. l. 57. h. t. SCHN. in §. 3. n. 2. HOEN. d. loc. th. 10. GOD. de contr. stip. c. 8. n. 174.*

42. Quid si res empta sit hoc modo: si iusto pretio fiat, vide *FACH. d. lib. 2. c. 1. STVCK. p. 1. exerc. dec. 12. aff. 2. lit. b. qui potius in-nominatum statuunt contractum. Diss. PINEL. d. loc. p. 2. rubr. c. 1. num. 21.*

43. Quid si postea conueniat vt pro pecunia frumentum detur, aut quid fiat? Emptionis contractum manere putamus, *arg. l. 9. C. de resc. vend. nec pacto ex interuallo adiecto mutari. d. l. 72. ff. h. t. tum quod principium spectandum sit, l. 13. qui not. inf. l. 8. mand. tum quod in numeratione non ita pretium requiratur, quemadmodum in conuentione BART. in l. 21. C. loc. gl. in l. 2. ff. h. t. MOZZ. de subst. n. 13. PINEL. d. loc. p. 2. c. 1. n. 16. HARPR. in §. 2. hic n. 5. arg. l. 1. C. de imp. lucr. descr.*

44. Quid si rem vendidi putans emptorem pecuniam habere, an vindicare possim? *Aff. SICH. in l. 12. n. 4. & seq. C. de R. V. l. 5. in fin. ibi gl. de trib. l. 3. de pign. act.*

45. Quid si ad certum tempus crediderim, & eo ipso non sit satisfactum an vindicatio competat? *vid. SICH. d. loc. & gl. Si vtraq; pars parum sibi fidat? vide eleg. text. in l. 39. de solut. OLDEND. d. loc. in pract. de intent. actor. art. 6. in fin.*

46. Estne igitur licitum contrahentibus, sese inuicem in pretio circumuenire? *Aff. l. 16. §. pen. de minor. l. 22. §. fin. loc. l. 8. C. de resc. vend. si modo ex incuria citra fraudem fiat re ipsa sine grandi iactura & sic l. 14. de cond. indeb. temperamus. l. 6. de iur. dot. l. 206. de R. I. ad dirimendas lites, qui enim nimiam scrupulositatem præ-tenderit, contra vero hanc naturalem circumscriptionem sustulerit, ipsos contractus è medio tollet. d. l. 8. BRONCH. 2. aff. 52. HARPR. in §. 1. n. 18. vt eò maiori diligentia vtrinq; excitetur & læsi postea cautius mercari discant, Nou. 97. VVLTEI. n. 24. hic.*

47. Quid si ex vna parte res, ex altera pretium & res simul offerantur? In dubio quando non potest cognosci, vtrum res pretio præualeat permutationis contractus intelligitur, *l. 1. de aestim. act. l. 1.*

2. 3. de

2.3. *de prese. verb.* aut constat quid principaliter voluerunt, & secundum intentionem contrahentium decidendum erit HOEN. *d. loc. th. 14.* FACH. 2. *contr. 44.* SCHNEID. *in §. item pret. n. 6.* PINEL. *in d. rubr. p. 2. c. 2. n. 1. & seqq.*

48. Ponerem venditam alicui locatam esse, an emptor teneatur stare factæ locationi? Neg. *l. 9. C. locat. ibiq;* SICH. MOZZ. *de natural. n. 37.* FACH. 1. *contr. 88.* MOLL. 4. *semestr. c. 14.* BRONCH. 2. *ass. 88.*

49. Facta promissione de vendendo, si venditor postea absq; vlla venditionis mentione re tradita pretium acceperit condignum, venditionem celebratam fuisse ex consensu traditione & precio, colligimus. *arg. l. 32. §. 1. vers. nam quid de ll. l. 95. de acq. hered. l. 2. l. 48. de V. O. nec tamen ignoramus promissionem de vendendo non esse ipsam venditionem, arg. l. 21. §. 4. de act. empt. cum hoc ipsum circumstantiæ inducant.*

50. Quæstionis non vsq; adeo expeditæ est: Si tutor rem communem cum pupillo habeat, eamq; vendat, cuius pretium sit? Rectius soli tutori applicatur, vt is periculum sustineat, nam facile consumi potest, quod idem placuit SICH. *in l. 4. C. commu. tr. ind.* si rem ex communi pecunia emerit, & quidem immobilem, non est iniquum eam pupillo tradi, tum quia ratio prior cessat, *arg. l. 3. C. de adm. tut. l. 78. de solut.*

51. Accidit fundum communi nomine emptum esse, sed ignoratur ex cuius pecunia, quid iuris? Emptori in dubio adiudicamus, donec refundatur pretium *arg. l. 24. de priuil. cred. atq; ita de substantia emptionis pretium requiritur, licet MOZZ. de substant. hic n. 42.* alios secutus lubricam admodum cautelam in medium producat (cui fidem dare potest emptor, cui temerè placet) vt sine precio res ematur, nempe vt procurator constituatur ad emendum constituentis nomine, & ab eo pecunia mutuò sumatur, qua rem emat, nec res empta repetatur donec ex ea tot fructus perceperit vt fors extenuata sit. Item vt rem, si tua intersit eam habere, accipias, cures quo pretio vel commodato accipias, & tua culpa amissam simules, vel sub lege commissoria pignori capias. Quod rectè cum OLDEND. *d. class. 4. act. 1. in singul. in fin. n. 11.* reijcimus, tanquam meram calumniam redolens & bonæ fidei repugnans.

52. Dignissimam ventilatione hîc lubet attingere controuersiam

fiam & correlatiuorum doctrina, cur non ita venditor præcisè ad rem tradendam teneatur quemadmodum emptor ad pretium soluendum? Rationem diuersitatis assignant vulgo Dd. Mozz. de natur. n. 16. & seq. hic. SICH. in d. rubr. C. h. t. n. 8. quia emptor in genere & laxius obligatur vnde in eo grauatur arg. l. 30. & ibi gl. de iurei. Mozz. de substant. n. 9. sed venditor ad rem & ad speciem plerumq; ideoq; in alio subleuandus est. GOTOFR. in d. l. 11. §. 2. de act. empt. Idem in venditore statuunt in genere obligato v. gratia ad 10. modios frumenti 5. cados vini aut dolia vt præstando interesse non liberetur.

53. Non negamus interim quod præcisè ad rem tradendam venditor teneatur, si facultatem habeat nec præstando interesse liberetur, OLDEND. cl. 4. act. 1. art. 7. PIN. d. l. p. 2. c. 3. nu. 20. & in l. 1. C. de bon. mat. p. 3. n. 25. SICH. in d. rubr. n. 8. FAB. de MONTE q. 6. n. 30. CORAS. 2. mis. 3. n. 7. ARVM. d. loc. th. 2. HOEN. d. loc. th. 11. CLVD. in tr. de cond. indeb. c. 1. n. 71. per §. 2. donat. l. 11. §. 2. de act. empt. §. 1. Inst. h. c. l. 7. 8. §. 1. h. tit. l. 2. C. de resc. vend. l. 6. 8. de Rei vindic. Aliàs rem venditam denudò alij vendere posset contra l. 21. de fals. l. 63. §. 7. pro soc. l. 44. mand. quæ nolunt dolum cuiquam patrocinari. 2. Fidem falleret quod viro honesto graue, l. 1. de pact. l. 1. de const. pec. 3. Non solum emptori iniqua conditio inferretur contra l. 74. de R. I. verum etiam venditoribus malignandi occasio præberetur compulsuris emptorem ad difficilem probationem interesse, l. ult. de pret. stipul. cum in facto consistat l. 24. de R. I. imò aliud pro alio inuito creditori solueretur l. 4. l. 46. de act. empt. 4. Facit quod expressè conueniri nequeat ne dominium manente contractu transeat l. 80. §. fin. h. t.

54. Quæstio hic de apicibus iuris opportunè examinanda venit, num emptor in vacuam possessionem rei emptæ sit ducendus? Affirmatiuam tuetur HARPRECH. in §. ult. n. 230. GOED. in l. 88. de V. S. TREVTL. d. loc. th. 4. in fin. CONT. 1. disp. 8. BRONCH. 3. ass. 81. MYNS. 1. obs. 53. Negatiuam amplectitur FAB. de MONTE. pr. q. 6. n. 66. & seq. PHILIP. MATTH. in l. 11. de Reg. Iur. n. 37. & seq. veritatem aperiet disputationis exercitium.

55. An res ex mea pecunia emptæ ementis fiat? Aff. l. 6. C. de R. V. l. 9. C. de don. inter vir. & uxor. l. 4. C. com. str. indic. l. 3. de reb. eor. qui subint. & alijs casibus quos not. HARPR. 2. l. c. n. 17. BRONCH. cent. 2. ass. An

An res ex pecunia dotali empta vxoris fiat? vid. l. 12. C. de iur. dot. l. ult. C. de seru. pign. dato manum. vbi nempe soluendo est, l. 54. de iur. dot. l. 55. de don. inter vir. & vxor.

56. Recipit venditio pacta & conditiones (1) additionis in diem l. 4. in fin. l. 5. l. 8. de add. in diem. (2) Legis commissoriae, l. 2. & t. t. de leg. comm. qua magis sub conditione resoluitur contractus quam inicitur l. 1. eod. Hanc in pignoribus non immeritò improbamus, l. ult. C. de pact. pign. DONEL. in tr. de pign. c. 13. (3) Retroconditionis l. 2. C. de pact. int. empt. ZAS. cons. 12. ex qua personalis actio nascitur aduersus primum emptorem in id quod interest, arg. l. 4. de leg. com. l. 16. de in diem add. l. 7. §. 5. de pact. quia pactum in continenti adiectum contractui inest, eumq; informat, l. 40. de R. C. l. 1. C. de act. empt. l. 79. ff. h. t. latius GEIL. 2. obs. 16. An, & quomodo ei praescribatur, vid. BORCH. de usur. c. 6. nu. 18. quem sequor. (4) Pactum de usuris, l. 5. C. de pact. int. empt. l. 15. de act. empt.

57. In argumentum & probationem contractus arrhae dari solent, vt pretium praesentent, cuius quasi pars videntur l. 35. ff. h. t. l. 6. c. ult. de leg. com. l. 17. §. ult. in quacunq; re consistentes, l. 2. quand. lic. ab empt. disc. l. 11. §. 6. de act. empt.

58. Non conuenit hic inter Interpp. an sola arrharum iactura contractum annihilat? Ab affirmant. parte stant FACH. d. lib. 2. c. 28. TREVTL. d. loc. th. 8. Nobis negatiua arridet, cum & sine interuentu arrhae altero inuito poenitere non licet, l. 2. C. quand. lic. ab empt. disc. l. 3. C. de resc. vend. tum quia ad confirmationem, non ad infirmationem introductae sunt, arg. l. 19. de leg. 1. modo contractus iam perfectus & consummatus sit, d. l. 17. ibi: donec aliquid C. de fid. instr. OLD. cl. 4. act. 2. v. affin. remed. vbi nihilominus interesse deberi, docet, arg. l. 3. de mil. test. l. 19. §. 2. de inoff. test. Computari solent in pretium permanente contractu, si pecuniariae sint, d. l. de L. com. si in alijs rebus consistant, repetuntur actione ex empto vel conditione sine causa, l. 11. §. 6. ff. h. t. BORCH. hic in pr n. 6.

59. Contrahitur cum scriptis vel sine scriptis text. in §. 1. Inst. hic. l. 17. C. de fid. instr. l. 4. de pign. SCHN. in pr. hic n. 10. l. fin. ibiq; BAL. c. plus vel quod ag. de requisitis & probatione instrument. vid. GEIL. 2. obs. 13.

60. Emptione perfecta periculum statim ad emptorem spectat, etiam re nondum tradita §. 3. hic. l. 7. 8. 11. ff. h. t. l. 1. 4. 5. C. de per. &

6033

1753
com. A. Fab. 2. cons. c. 4. PAC. 5. enant. q. 8. BRONCH. 1. aff. 89. pro huius
doctrinae expeditione vid. varias distinctiones passim apud Interp.
hic SEBAST. MEDIC. in tr. de cas. fort. pr. q. 10. n. 8. & seq. OLD. d. loc. in
act. vend. v. sed dic. HARPR. in §. 3. alijq; ab ijs citati.

61. In venditione cum pacto additionis in diem, cuius pericu-
lum erit, v. g. si ager ante lapsum terminum inundatione perierit,
nec maius pretium oblatum fuerit? Breuitatis causa me remitto ad
VVLTEI. hic. n. 71. & ad l. 2. ff. de leg. com.

62. Aliquando venditio celebrata impeditur ratione propin-
quitate, societatis, vicinitatis, quod vulgò ius prothimiseos vo-
cant c. 8. extr. de rest. in integr. IEREM. 32. v. 7. personale nec alteri
cessibile, CORAS. 3. misc. c. 3. BRONCH. cent. 1. misc. c. 68. l. 59. de iur.
dot. introductum constit. FRID. lib. 5. F. t. 13. vt res in familia pater-
na maneat l. 38. de R. V. GEIL. 2. obs. 19. Quando; & quibus in casi-
bus obtineat, latius deducit HARP. §. vlt. n. 2. & mult. seq.

63. Resoluitur emptio venditio (1) mutuo dissensu, re integra
pretio necdum soluto & re nondum tradita, l. 1. §. vlt. l. 9. ff. h. t. Re-
scinditur (2) ob dolum causam contractui dantem, l. 7. de dolo latiss.
HARPR. in §. 28. de act. n. 17. & seqq. (3) Metum l. 1. l. 8. C. de resc. vend.
(4) Læsionem ultra dimid. MYNS. obs. 73. Quando autem benefi-
cium l. 2. C. de rescind. vend. locum habeat, vberius attingere, hic
non patitur compendium, videatur hac de re latiss. MOZZ. col. vlt.
n. 18. GEIL. 2. obs. 70.

64. Dantur ex hoc contractu actiones empti & venditi: quarum
illa competit aduersus venditorem, vt rem venditam, vnâ cum ac-
cessionibus & fructibus, itemq; cum omni causa à tempore con-
tractus percepta, tradat a, hæc aduersus emptorem ad consequen-
dum id, quod ab emptore præstare necessarium est b, item redhi-
bitoria vel quanti minoris & c. a l. 2. 3. §. 111. §. 2. l. 13. l. pen. C. de act.
empt. GEIL. 2. obs. 92. n. 5. MOZZ. de natur. hic. n. 43. vnde emptæ equa
simul etiam pullus rectè petitur, adhibita tamen dist. Mozzij.

vl. loc. b MYNS. 4. obs. 56. d. l. 13. §. 19. 20. l. 2. §. fin. de O. & A.

VVLTEI. in §. sequens. de act. n. 98. & mult. seqq.

VIGEL. d. loc. c. 7. 10. & 11.

F I N I S.




(X2618032)

V017







1751.

1674, 7

24

DISPUTATIO
DE
EMPTIONE ET
VENDITIONE,

Quam
MODERATRICE SANCTA TRIADE,
Permissu Amplissimæ facultatis Iuridicæ
in illustri illustrissimi Iulij Iulia,

PRAESIDE
THEODORO Weingf/
VVestph.

Excutiendam proponit
IOHANNES Lappen/ Stoltzenovv.

Die 29. May.



HELMAESTADI,
Ex officina typographica IACOBI LVCII, Professori iur
ANNO M.DC.XIV.

23

Clariss. ac Consultiss.
Viro Do. Do. Henrico
Andree cranio
j. u. D. nec non Ac
demie iulie quæ
est Helmaestadij,
ordinario, Fac
tori ac præcept
ri suo honoran
do offert &

